

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Stulticia a
cum fonte primo

| | | |
|---|---|--|
| | | Libertas igitur sapienti, non insipienti convenit, quoniam <i>qui deligat lapidem in fundibalo, similis est ei qui dat inprudenti claritatem</i> : se ipsum vulnerat sibique potius, dum intorquet iaculum, adfert periculum, certe sicut tormento acerbatur et geminatur malum saxi ruina, sic |
| | → | <u>insipientis in libertate ruina vehementior est.</u> |
| Recidenda insipienti potestas, non adicienda libertas. | | <u>Recidenda igitur insipienti potestas, non adicienda libertas</u> |
| | | est; |
| Insipientis in libertate ruina uehementior est. | ← | servitus enim ei convenit. |
| Ambrosius. | | Ambrosius Mediolanensis, <i>Epistolae</i> , 2, 7, 40 (CSEL 82.1, O. Faller ed., p.63, ll.405-411). |